

contractum fuerunt æquales. Corrigendus igitur est contractus secundum rationem arithmetica, nempe differentiam 20. flor. bisecando, & dimidium 10. fl. Emptori subtractum Venditori addendo, ut Emptor retineat 1010. hoc est 1000. flor. Venditor verò recuperet 990. + 10. hoc est 1000. flor. ut ante Contractum.

§. 14. Utrobique tamen *Proportio* scil. æqualitatis est duarum vel plurium rationum identitas: Et *Termini praportionales* sunt, quorum primus ad secundum se habet, ut tertius (qui cum secundo sæpè coincidit, unde *proportio continua* dicitur aliàs *discreta*) se habet ad quartum, ut

*Arithmetice* s. differentialiter,

sub differentiâ 4. unitatum,

& quidem *discrete*, si sint

uti 6. ad 2. ita 9. ad 5.

vel *Continue*

ut 9. ad 5. ita 5. ad 1.

Contractè 9. 5. 1.

vel *Algebraicè*

Uti + 6. ad + 2. ita + 2. ad - 2. Contractè + 6. + 2 - 2.

*Geometricè* verò vel quotiformiter

sub quotitate tripli,

& quidem *discrete*, si sint

Vti 6. ad 2. ita 9. ad 3.

vel *Continue*

Uti 9. ad 3. ita 3. ad 1.

Contractè 9. 3. 1.

*Algebraicè*,

Uti + 6. ad + 2. : ita - 2. ad -  $\frac{2}{3}$ .

Notandum tamen h. l. quod *Proportionis* nomen vulgò promiscuè sumatur, & sæpe nudam dicat *Rationem*, quod ex contextu dijudicandum: quodque strictè notet *proportionem æqualitatis*; latè v. *proportionem etiam inæqualitatis*, sed determinatæ, dicat.

CAP.